N am quidem niſi qui cuſtodem heo liberum me eſſe arbitror
D icito patri quo pacto mihi cum hoc conuenit
D e huiuſ filio Phi que ego memini mora eſt me monerier
V t eum redimat & remittat noſtrum huc amborum uicem
M eminero. Aeg at q̃ primum poteris iſtuc in re utriq; ẽ maxume
Phi N on tuum tu magiſ uidere q̃ ille ſuum gnatum cupit
Aeg M euſ mihi ſuus cuiq; eſt caruſ. Phi nunquid aliud uiſ patri
N untiari. Tin me hic ualere & tu te audacter dicito
T yndare inter nos fuiſſe ingenio haud diſcordabili. neque
T e cõmeruiſſe culpam neque me aduorſatum tibi: beneq; hero
G eſſiſſe morem in tantis erumniſ tñ neque me unq̃
D eſeruiſſe te neque factiſ neque fide reb; in dubijſ egenis
H ec pr̃ quando ſciet tyndare ut fueriſ animatuſ erga ſuũ gnatum atq; ſe
N unquam erit tam auarus quin te gratis emittat manu
E t mea opera ſi hinc redibo faciam ut faciat faciliuſ
N am tua opera & comitate et uirtute & ſapientia
F eciſti ut redire liceat ad parentiſ denuo
Q uom apud hunc confeſſus eſ et genuſ & diuitiaſ meaſ
Q uo pacto emiſiſti e uinculiſ tum herum tua ſapientia
Phi F eci ego iſta ut cõmemoras & te meminiſſe id gratum ẽ mihi
M erito tibi ea euenerunt a me Nã nunc philocrates
S i ego item memorem que me erga multa feciſti bene
N ox diem adimat nam ſi ſeruus meuſ eſſes nihilo ſecius
M ihi obſequioſus ſemper fuiſti. Aeg Dij uoſtram fidem
H ominum ingenium liberale ut lacrumas excutiunt m̃i uideas corde
A mare inter ſe q̃tiſ laudauit ſuum herum ſeruos
C ollaudauit. Phi pol iſtic me haud centeſimam partem
L audat: quam ipſe merituſ eſt ut laudetur laudibuſ
Aeg E rgo quom optume feciſti nunc adeſt occaſio
B enefacta cumulare ut erga hunc rem geraſ fideliter
Phi M agiſ non factum poſſum uelle q̃ opera experiar pſequi
I d ut ſcias iouem ſupremum teſtem do ego
M e infidelem non futurum philocrati. Aeg probus es homo
Phi N ec me ſecuſ unq̃ ei facturum q̃ me met mihi
Tin I ſtec te dicta experiri & opera & factis uolo
E t quod minus dixi q̃ uolui de te animũ aduortas uolo

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%2047v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%2047v)